Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35083
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar



138

no paradisi. Tu autē. feria. v.
Respondens mulier dixit serpē
ti. De fructu lignorū que sunt
in paradiso uescamur: de fructu
uero ligni quod est in medio para
disi precepit nobis deus ne comedē
mus. ne tangamus illud: ne fo
re moriamur. Dixit autem ser
pens ad mulierem. Nequaquam
morte morietis. Sciit enim ds
quod in quocumq; die comederi
tis ex eo: aperientur oculi uri. et
eritis sicut dii scientes bonum et
malum. Tu. Vidit igitur mu
lier quod bonum esset lignum pa
radisi ad uescendum. et pulchrum oculis
aspectuq; delectabile. et tulit
de fructu illius. et comedit: deditq;
uiro suo. Qui comedit: et aperti
sunt oculi amborum. Cumq; ag
noscerent se esse nudos: consue
runt folia ficus. et fecerunt sibi
perizomata. Tu. Et cum au
dissent uocem domini dei deambu
lantis in paradiso ad auram
post meridiem: abscondit se ada
et uxor eius a facie dni dei in medio
ligni paradisi. Vocauitq; dns ds
adam. et dixit ei. Ubi es? Qui aut
uocem tuam audiui in paradiso.
timui eo quod nudus essem. et
abscondi me. Tu autē. feria. vi.
Qui dns ds ad adam. Quis
tibi indicauit quod nudus
esses: nisi quod de ligno de quo
preceptum tibi ne comederes come
disti? Dixitq; adam. Mulier
quam dedisti sociam mihi. dedit
mihi de ligno. et comedi. Et dixit
dns ds ad mulierem. Quare hoc
fecisti? Que respondit. Serpens
decepit me. et comedi. Tu. Et ait
dominus deus ad serpentem. Qa
fecisti hoc: maledictus es inter oia
animantia. et bestias terre. Super
pectus tuum gradieris: et terram co
medes cunctis diebus uite tue. Inimi
citias ponam inter te. et mulierem.
et semen tuum. et semen illius. Ipsa
conteret caput tuum: et tu insidia
beris calcaneo eius. Mulieri quo
q; dixit. Multiplicabo erumpnas
tuas. et conceptus tuos. In dolore
pariet filios: et sub uiri potestate
eris. et ipse dominabitur tui. Tu.
Ade uero dixit ds. Quia audisti
uocem uxoris tue. et comedisti de
ligno ex quo preceperam tibi ne co
mederis: maledicta terra in opere
tuo. In laboribus comedes eam: cun
ctis diebus uite tue. Spinas. et tribu
los germinabit tibi: et comedes herbas
terre. In sudore uultus tui uesce
ris pane. donec reuertaris in terram
de qua sumptus es: quia pulvis
es. et in pulverem reuerteris. Tu ait.
Vocauit adam nomen sabbato.
uxoris sue eua: eo quod mater
esset omnium uiuentium. Fecit
quoq; dominus deus ade. et uxori
eius tunicas pelliceas: et indui
tos. Tu ait. Ecce adam quasi unus
ex nobis factus est. sciens bonum et ma
lum. Nunc ergo ne forte mittat
manum suam. et sumat etiam de lig
no uite. et comedat. et uiuat in eter
num. Et misit eum dominus ds
de paradiso uoluptatis: ut operaret
terram de qua sumptus est. Tu ei
ecit itaq; dominus adam: et
collocauit ante paradisum uolup
tatis. cherubim. et flammeum gladium

148